Et lux perpetua luceat eis Antiphona
Nequando rapiat ut leo animã meã dum nõ
est qui redimat neqꝫ qui saluuꝫ faciat ℣.
A porta inferi ℟. Erue dñe animas eorum
Pater noster Secreto insino a
Et ne nos inducas intemptationem
Sed libera nos a malo. Posti a sedere sanza
Iube domne benedicere o altro. Il primo. f.
a chi sia commesso absolutamẽte in comin
ci la prima lectione et cosi il secõdo et il 3°. f.
Parce mihi domine nihil enim sunt dies mei
quid est homo quia magnificas eum:aut qd
apponis erga eum cor tuum. Visitas euꝫ di
luculo et subito probas illum. Vsqꝫ quo nõ
parcis mihi nec dimictis me ut glutiam sali
uam meam: Peccaui quid faciã tibi ocustos
hominum? Quare posuisti me contrariuꝫ ti
bi et fact9 sum mihi metipsi grauis. Cur nõ

tollis peccatum meum & quare non aufers
iniquitatem meam. Ecce nunc ĩpuluere dor
miam: & si mane me quesieris nõ subsistam
Quel medesimo. f. che ha risposto allãtiphõe
Credo quod redemptor meus uiuit & ĩ nouis
simo die de terra surrecturus sum: Et in car
ne mea uidebo deum saluatorem meum
Quello della lectione. ℣. Quez uisurus sũ ego
ipse & non alius: & oculi mei cõspecturi sũt
Et ĩ carne mea uidebo deũ saluatorez meũ
Tedet animã meã uite mee dimittã aduersuz
me eloquium meum. Loquar in amaritudi-
ne anime mee: dicaz deo noli me condemp
nare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nũqd
bonum tibi uidetur si calumnieris & oppri-
mas me. Opus manuuz tuarum & consiliuz
impiorum adiuues. Nunquid oculi carnei tibi
sunt: aut sicut uidet homo ita & tu uides. Nũ
quid sicut dies hominis dies tui & anni tui:
sicut humana sunt tempora. Vt queras ini-
quitatem meam & peccatum meum scrute
ris. Et scias quia nihil impium fecerim: cuz
sit nemo qui de manu tua possit eruere
Qui lazarum resuscitasti a monumento fetiduz
tu eis dñe dona reqez & locuz indulgẽtie
Qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos

& seculum per ignem Tu eis domine dona requiem & locum indulgentie. Lcō. iij.

Manus tue domine fecerunt me & plasmauerunt me. Totum incircuitu & sic repente p̃cipitas me. Memento queso quod sicut lutū feceris me & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: & sicut caseum me coagolasti? Pelle & carnibus uestisti me: ossibus & neruis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi & uisitatio tua custodiuit spiritum meum Responsorio

Libera me dñe de morte eterna indie illa tremēda: Quando celi mouendi sunt & terra. Dum ueneris iudicare seculum per ignez. ℣

Tremens factus sum ego et timeo: duz discussio uenerit atque uentura ira Quando celi mouendi sunt et terra Versetto

Dies illa dies ire calamitatis et miserie: dies magna et amara ualde Quando celi mouendi sunt et terra Versetto

Requiem eternam dona eis domine: et lux p̱petua luceat eis Dum ueneris iudicare seculum per ignem

Non faccendo processione ne dicendo piu che il primo nocturno Questo sopra decto e il piu dextro modo Seguendo le laude

Alle laude Añt. Exultabunt domino

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper

Tibi soli peccaui et malũ corã te feci: ut iustificeris ĩ sermoĩb9 tuis: et uĩcas cũ iudicaris

Ecce enim iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea

Ecce enim ueritatem dilexisti: in certa et occulta sapientie tue manifestasti mihi

Asperges me domine isopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor

Auditui meo dabis gaudium & letitiam: & exultabunt ossa humiliata

Aduerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele

Cor mundum crea in me deus & spiritum rectum innoua in uisceribus meis

Ne prohicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me

Redde mihi letitiã salutaris tui: & spiritu prĩ

cipali confirma me
Docebo iniquos uias tuas:& ĩpii ad te cōūtēt
Libera me de sanguinibus deus deus salutis
mee:& exultabit lingua mea iustitiam tuaꝫ
Domine labia mea aperies:& os meum annũ
tiabit laudem tuam
Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem:
utique holocaustis non delectaberis
Sacrificiuꝫ deo spiritus contribulatus: cor cō
tritum & humiliatum: deus non despicies
Benigne fac in bona uoluntate tua sion:ut e-
dificentur muri hierusalem
Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblatio-
nes & holocausta:tunc imponent super al-
tare tuum uitulos. Reqeꝫ eternam. Antip.
Exultabũt dño ossa humiliata. Abñ. Ego sũ
Benedictus dominus deus israhel:quia uisita
uit & fecit redemptionem plebis sue
Et erexit cornu salutis nobis : in domo dauid
pueri sui. Sicut locutus est per os sanctoruꝫ
qui a seculo sunt prophetarum eius
Salutem ex inimicis nostris:& de manu om-
nium qui oderunt nos
Ad faciendam misericordiam cum patribus
nostris:& memorari testamenti sui sancti
Ius iurandum quod iurauit ad braham patrē

nostrum daturum se nobis
Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi
In sanctitate & iustitiam coram ipso: omnibus diebus nostris
Et tu puer propheta altissimi uocaberis: p̄ibis enim ante faciem domini: parare uias eius
Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum
Per uiscera misericordie dei nostri: in quibus uisitauit nos oriens ex alto
Illuminare his qui in tenebris & umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros: in uiam pacis. R eqeꝫ eternā & q Antiphona
Ego sum resurrectio & uita q credit ī me etiā si mortuus fuerit uiuet: & oīs q uiuit & credit ī me nō morietur in eternū. Pater nost.
Et ne nos inducas. Sed libera nos. Psalm9
Deprofundis clamaui ad te domine: domine exaudi uocem meam
Fiant aures tue intendentes: in uocem deprecationis mee
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legeꝫ tuam sustinuit te domine

Sustinuit anima mea in uerbo eius: sperauit a
nima mea in domino
A custodia mactutina usque ad noctem: spe-
ret israhel in domino
Quia apud dominum misericordia: & copio
sa apud eum redemptio
Et ipse redimet israhel: ex omnibus iniquita-
tibus eius. Requiem eternaꝫ. ℣. A porta in-
feri. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Re
quiescant in pace. ℟. Am̄ Dn̄e exaudi ora-
tionem meam. ℟. Et clamor meus ad te ue
niat. Oratione per tucti e morti
Fidelium deus omnium conditor & redemp
tor animabus famulorum famularumque
tuarum: remissionem cunctorum tribue pec
catorum. ut indulgentiam quam semper op
tauerunt: piis supplicationibus conseq̄tur.
Qui uiuis & regnas cum deo patre in unita
te spiritus sancti deus: p̄ oīa scl'a scl'oꝝ. Am̄
Oratione per padre & madre morti
Deus qui nos patrem & matrem honorare
precepisti: miserere clementer animabus pa
tris & matris mee: eorumque peccata dimit
te me que cum eis in eterne claritatis gau-
dio fac uidere. Per dominum nostꝝ & c
Oratione per piu fratelli d'lla cōpagnia morti.

Deus uenie largitor & humane salutis amator: quesumus in mensam clementiam tuaꝫ ut nostre congregationis fratres sorores ꝓpinquos & benefactores nostros qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper uirgine intercedēte cū omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas: p. Per uno solo morto Oratio.

Inclina domine aurem tuā ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices dep̄camur: ut animam famuli .N. quam de hoc seculo migrare iuxisti: in pacis ac lucis regione constituas: & sanctorum tuoruꝫ iubeas esse consortem. p. Pe sacerdoti morti

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali: seu sacerdotali fecisti dignitate uigere: p̄sta q̄sumus: ut eoꝝ quoqꝫ ꝑpetuo agregentur consortio. p. dn̄ꝫ nr̄uꝫ & cͣ

℣. Requiem eternam dona eis domine ℟.
Et lux perpetua luceat eis ℣. Requiescant in pace ℟. Amen ℣. Anime eorum & anime omnium fidelium defunctorum per misericordiam dei requiescant in pace ℟. Amen

¶ Incomincia lhymnario & in prima quello dello aduento Hymnꝰ

c Onditor alme siderꝝ eterna lux credēti
us: xp̄e redēptor oīuꝫ: exaudi p̄ces supplicū
Qui cōdolēs interitu mortis pire sclm̄: saluasti
mundum languidum donās reis remedium
Vergēte mūdi uespe uti sponsus de thalamo
egressus honestissima: v̄gis matris clausula.
Cuius forti potentie genu curuantur omnia:
celestia terrestria: nutu fatentur subdita
Te deprecamur agie uenture iudex seculi: cō
serua nos in tempore: hostis atelo perfidi
Laus honor uirtus glīa: deo patri & filio sāc
to simul paraclito: ī seculorum secula Am̄
℣. Rorate celi desup & nubes pluāt iustū ℟
Aperiatur terra & germinet saluatorem
Excita quesumus domine potentiā tuā & Ofo
ueni: ut abiminētibus peccatoꝝ nostroꝝ pi-
culis: te mereamur protegente eripi te libe-
rante saluari. Qui uiuis & regnas in unitate
spiritus sancti deus per oīa scl'a scl'oꝝ Am̄
In natiuitate domini Hymnus
Christe redemptor omnium ex patre patris u
nice solus ante pricipiuꝫ natus in effabiliter
Tu lumen tu splendor patris: tu spes pennis
oīuꝫ ītēde quas fūdūt p̄ces tui p orbē famuli
Memento salutis anctor ꝙ nostri ꝙdā corporis
exillibata v̄gine nascēdo formā sumpseris.

Sic presens testatur dies: currẽs ꝑ anni circu-
lũ: qđ solus a sedẽ patris: mũdi salꝰ adueneris
Hũc celũ terra hũc mare hunc oẽ qđ ĩ eis ẽ
auctorem aduẽtus tui laudat exultãs cãtico
Nos quoq; q scõ tuo redẽpti sãguine sumꝰ ob
diem natalis tui hymnũ nouum concinimꝰ
Glia tibi dñe qui natus es de uirgine cum pa-
tre scõ spiritu in sempiterna secula Amen
℣. Crastina die delebitur iniquitas terre. ℟.
Et regnabit super nos saluator mundi Oro
Cõcede q̃sumus oĩpotens deus: ut nos unige
niti tui noua ꝑcarneꝫ natiuitas liberet: quos
sub peccati iugo uetusta seruitus tenet: Per.
Per loctaua della nat. cioe circuncisione. ℣.
Verbum caro factum est alleluia. ℟.
Et habitabit in nobis alleluia Oratione
Deus qui salutis eterne beate Marie uirgini-
tate fecunda: humano generi premia presti
tisti tribue quesumus: ut ipsam pro nobis in
tercedere sẽtiamus ꝑquã meruimus auctorẽ
uite suscipe dñꝫ nostꝝ Iesum christũ filium
tuum: Qui: Perla epyphania Hymno
Hostis herodes impie xp̃ꝫ ueñre qđ times nõ
eripit mortalia: qui regna dat celestia
Ibãt magi q̃ uiderãt stellã seq̃tes preuiam: lu-
men requirunt lumine deũ fatẽtur munere.

Lauacra puri gurgitis celestis agnus attigit:
peccata que nõ ꝺ̃tulit nos abluẽdo substulit.
Nouum genus potentie aque rubescũt ydrie:
uinuꝫq; iuxa fundere mutauit unda origi͞eꝫ
Glia tibi dñe qui apparuisti hodie : cuꝫ patre
sancto spiritu in sempiterna secula Amen
℣.Reges tharsis & insule munera offerent
℟.Reges arabrum & sabba dona adducẽt.
Deus q hodierna die unigenitũ tuũ gẽtıb9 stel
la duce reuelasti:cõcede ꝓpitius:ut q iam te
ex fide cognouimus: usq; ad contẽplandaꝫ
speciem:tue celsitudinis perducamur: Per.
Hymno pla quaresima ĩ sinadñica di passiõe
Aures adnostras deitatis preces deus inclina
pietate sola supplicum uota suscipe preca-
mur famuli tui
Respice clemens solio desancto uultu sereno
lampades illustra lumine tuo tenebras de-
pelle pectore nostro
Crĩa laxa pietate mlta ablue forꝺ̃s uincula dis
rũpeparce peccatis releua iacẽtes ꝺ̃xtr̃a tua
Te sine tetro mergimur ꝓfũdo labimur alta
sceleris sub unda brachio tuo trahamur ad
clara sidera celi Christe lux uera deitas &
uita gaudiuꝫ mundi pietas inmensa qui nos
a morte roseo saluasti sanguine tuo 12
Insere tuum petimus amorem mentibus no-

ſtris fidei refunde lumen eternum caritatis auge dilectionem

T u nobis dona fontem lachrymarum: ieiuniorum fortia miniſtra carnis milia retunde frammea tua

P rocul a nobis perfidus aſſiſtat: ſathan a tuis uiribus confractus: ſanctus aſſiſtat ſpiritus a tua ſede dimiſſus

G loria deo ſit eterno patri & tibi ſemper genitoris nate cum quo equalis ſpiritus per cuncta ſecula regnat. ℟. A men

. ℣. A ngelis ſuis deus mandauit de te . ℟.

V t cuſtodiant te in omnibus uiis tuis

La prima domenica di quareſima ſi dice q̃ſta Orōne

D eus qui eccleſiam tuam annua quadrageſimali obſeruatione purificas: preſta familie tue: ut quod ad te obtinere abſtinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur: p

La ſeconda domenica di quareſima: Orōne

D eus qui conſpicis omni nos uirtute deſtitui: ĩterius exteriuſq3 cuſtodi: ut ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore: & a prauis cogitationibus mundemur in mente

La terza domenica di quareſima Orōne

Q ueſumus omnipotens deus uota humilium reſpice atque ad defenſionem noſtram dex

terã maiestatis extende: Per dñz nostrꝝ & c

La quarta domenica di quaresima Orone

Concede quesumus omnipotens deus: ut ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatione respiremus: Per dñm nostruz

Questo hymno sicanta laquinta domenica di quaresima cioe dñica di passione che e i nanzi alla domenica delluliuo Hymnus

Vexilla regis prodeũt fulget crucis misteriuz
quo carne carnis cõditor suspẽsus ẽ patibl'o
Quo uulneratus ĩsuper mucrone diro lancee
ut nos lauaret crimine manauit ũda sãguine
Impleta sunt q̃ cõcinit dauid fidelis carmine
dicens innationibus regnauit a ligno deus
Arbor ȯcora & fulgida ornata regis purpura
electa digno stipite tã sancta mẽbra tãgere
Beata cuius bracchiis secli pepẽdit ṗtium sta
tera facta corporis predamque tulit tartari
O crux aue spes unica hoc passionis tempore
auge piis iustitiam reisque dona ueniam
Te sũma ȯs trinitas collaudet oĩs spirit9 quos
p crucis misteriũ saluas rege p sc'la Amen

℣. Eripe me domine ab homine malo. ℟.
A uiro iniquo eripe me Oratione

Quesumus omnipotens deus familiam tuam propitius respice: ut te largiente regatur in

corpore:& te seruiente custodiat i mente.p

Loratione della domenica delluliuo

Ops sempiterne ds q humano generi adimitandu huilitatis exeplu saluatore nru carne sumere & cruce subire fecisti:cocede ppitius ut patietie ipsius habere documeta: & resurrectiois cosortia mereamur:p eude. Questo hymno sicata dal sabato i albis alla scesioe.

Adcena agni puidi:& stolis albis cadidi post transitu maris rubri: xpo canamus pricipi

Cuius corpus sanctissimu:i ara crucis torridu cruore eius roseo:gustando uiuimus deo

Protecti pasce uespere: adeuastante angelo: erepti de durissimo:pharaonis imperio

Iam pasca nostrum xps est: qui imolatus agnus est : sinceritatis azima : caro eius oblata est

Ouere digna hostia:p qua fracta sunt tartara redepta plebs captiuata:redit a uite premia

Cu surgit xps tumulo:uictor redit debaratro: tyrannu trudens uinculo: & reserans padisu

Quesumus auctor oiu:i hoc pascali gaudio: ab omni mortis ipetu tuu defende populu.

Glia tibi dne:qui surrexisti a mortuis:cum patre sancto spiritu:i sempiterna scla. Amen

℣. Surrexit dominus uere alleluia &c.

Et apparuit simoni alleluia Oratioe

Presta quesumus ops deus: ut qui pascalia fe
sta peregimus: hec te largiēte moribꝰ & uita
teneamus: p. Perlo ascensione hymno.
Iesu nostra redemptio: amor & desideriū ōs
creator omnium: homo infine temporum
Que te uicit clemtia ut ferres nostra crimina
crudelē mortē patiēs ut nos amorte tolleres
Inferni claustra penetrās tuos captīos rdimēs
uictor triūpho nobili ad dextrā3 pr̄is residēs
Ipsa te cogat pietas ut mala nostra supes par
cendo & uoti cōpotes nos tuo uultu saties
Tu esto nostꝝ gaudiū qui es futurꝝ premiū sit
nostra inte gloria pcūcta sēp secula. Amen
℣. Ascendit deus in iubilatione alleluia ℟.
Et dominus in uōce tube alleluia Orone
Cōcede quesumus ops deus: ut qui hodierna
die unigenitum tuū redemptore3 nostꝝ ad
celos ascendisse credimus: ipsi quoque mē
te in celestibus habitemus: Per eundem &c
Hymno perla pascua dello spirito sancto.
Veni creator spiritus mentes tuorꝝ uisita: im
ple superna gratia que tu creasti pectora
Qui paraclitus diceris donum dei altissimi:
fons uiuus ignis caritas: & spiritalis unctio.
Tu septi formis munere dextre dei tu digitꝰ:
tu rite ꝓmissu3 patris sermōe dictās guttura

Accēde lumen sēsibus īfūde amorē cordibus
īfirma nostri corporis uirtute firmās ꝑpetiꝫ
Hosteꝫ repellas longius pacēq3 dones ꝓtinus
ductore sic te preuio uitemus omne noxiuꝫ
Per te sciamus da patrē noscamus atq3 filiuꝫ
te utriusq3 spiritum credamus omni tēpore
Gloria patri domino natoq3 qui a mortuis:
surrexit aparaclito inseculoꝝ secula Amen
℣. Repleti sūt omnes spiritu sancto alleluia
℟. Et ceperunt loqui alleluia Oratione
Deus qui hodierna die corda fidelium sancti
spiritus illustratione docuisti: da nobis in eo
dem spiritu recta sapere: & de eius semper
consolatione gaudere: Qui tecum uiuit & c

Hymno della sanctissima Trinita

O lux beata trinitas & prīcipalis unitas iaꝫ sol
recedit igneus: infunde lumen cordibus
Te mane laudū carmine te deꝑcemur uespi:
te nostra supplex gloria: ꝑcūcta laudet scl'a
Deo patri sit gloria eiusq3 soli filio: cuꝫ spiritu
paraclito & nunc & imperpetuum Amen
℣. Bn̄dicamus patrē & filiū cū scō spiritu
℟. Laudemus & supexaltem9 eū īscl'a. Oro
Oꝑs sēpiterne ds q dedisti famulis tuis ī cōfes
siōe uere fidei eterne trinitatis gl'iā agnosce
re: & īpotētia maiestatis adorare unitatē q̄s

ut eiusdē fidei firmitate ab oībus sēp munia
mur aduersis: p. Hymno del corpo di xpo

Pange lingua gloriosi corporis misteriū: san-
guinisque pretiosi: quem in mundi pretium
fructus uentris generosi rex effudit gētium

Nobis datus nobis natus ex intacta uirgine &
in mundo conuersatus sparso uerbi semine
sui moras incolatus miro clausit ordine

In suppreme nocte cene recumbens cum fra
tibus obseruata lege plene cibis in legalibus
cibum turbe duodene se dat suis manibus

Verbum caro panez uerz uerbo carnē efficit
fitq3 sanguis christi merz & si sensus deficit
adfirmandum cor sincerz sola fides sufficit

Tantum ergo sacramentum ueneremur cer
nui & anticum documentum nouo cedat ri
tui prestet fides supplemētū sensuū defectui.

Genitori genitoq3 laus & iubilatio: salus ho-
nor uirtus quoque sit & benedictio procedē
ti abutroque compar sit laudatio. ℟. Amen

℣. Panem de celo prestitisti eis alleluia.
℟. Omne delectamentum in se habētē all'a

Deus q nobis sub sacramēto mirabili passi Orō
onis tue memoriā reliqsti: tribue q̃sum9: ita
nos corporis & sāguinis tui sacra misteria ue
nerari: ut redēptiōis tue fructū ī nobis iugi-

ter sentiamus: Per. Per sancto andrea: Oro

Maiestatẽ tuã dñe suppliciter exoramus: ut sicut eccl'ie tue beatus andreas apl's extitit p̃dicator & rector: ita apũ te sit ꝓ nobis ppe tuus intercessor: Per dñz nostꝶ Iesuz xp̃m.

Per sancto Nicholo uescouo & confessoro

Deus qui beatũ Nicholaũ pontificẽ tuũ in numeris decorasti miraculis: tribue quesumus ut eius meritis & precibus agehenne incendiis liberemur: Per

Per sancta Lucia

Exaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate Lucie festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu: Per dominum

Per sancto Thõmaso apostolo Oratione

Da nobis quesum9 dñe beati apostoli tui thõme solẽpnitatibus gloriari: ut eius semper & patrociniis subleuemur: & fidẽ congrua deuotione sectemur: per.

Per scõ Stephano

℣. Stephanus uidit celos apertos. ℟. Vidit & introiuit beatus homo cui celi patebũt. Oẽ

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus: ut discamus & inimicos diligere quia eius natalitia celebramus: qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Iesum christum filium tuum: Qui te.

Per scõ Giouanni apostolo & uãgelista. ℣.

V alde honorandus est beatus iohannes. ℟.
Q ui supra pectus domini in cena recubuit
E cclesiã tuã quesumus dñe benignus illustra: ut beati Iohãnis aplĩ tui & euãgeliste illuminata doctrinis: addona pueniat sẽpiterna. p

Pergli innocenti Versetto

H erodes iratus occidit multos pueros. ℟.
I n bethleem iude ciuitate dauid Oratione.
D eus cuius hodierna die preconiũ innocẽtes martires nõ loquendo sed moriẽdo confessi sunt: omnia in nobis uitiorum mala mortifica: ut fidem tuam quam lingua nostra loqtur: etiam moribus & uita fateatur: Per.

Per sancto Siluestro papa Oratione

D a quesumus omnipotens deus: ut beati Siluestri confessoris tui atque pontificis uenerãda solempnitas: & deuotionem nobis augeat & salutem: per. Per scõ Antonio. or

I ntercessio nos quesumus domine beati Antonii abbatis cõmedet: ut quod nostris meritis nõ ualem9: eius patrocinio assequamur.

Per sancto Fabbiano & Sebastiano Orone

I nfirmitatẽ nostrã respice omnipotens deus: & quia pondus proprie actionis grauat: beatorum martirum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat: Per

Perla conuersione di sancto Paulo.℣.
Tu es uas electionis sancte paule apostole.
℟.Predicator ueritatis in uniuerso mundo.
Deus qui uniuersũ mundũ beati Pauli aposto
li predicatione docuisti:da nobis quesumus
ut qui eius hodie conuersionez colimus:per
eius ad te exempla gradiamur:Per domin.
Perla purificatione della ṽgine maria .℣.
Responsũ accepit simeon a spiritu sãcto.℟
Nõ uisuꝝ se mortẽ nisi uideret xp̃m dñm.
Oĩps sempiterne deus maiestatẽ tuã supplices
exoramus:ut sicut unigenitus filius tuus ho
dierna die cum nostre carnis substantie in
templo est presentatus:ita nos facias purifi
catis tibi mentibus presentari:Per eundem
Perla cathedra di sã Piero.℣.Tu es petrus
Et super hãc petrã hedificabo eccl'iaz meã
De9 qui beato Petro apl'o tuo collatis clauib9
regni celestis aĩas ligãdi atq3 soluendi ponti
ficiuz tradidisti:cõcede:ut ĩtercessionis eius
auxilio a peccatoꝝ nostroꝝ nexibus libere-
mur:Per. Per sancto Mathia Oratione.
Deus qui beatum Mathiam apostoloꝝ tuoꝝ
collegio sociasti:tribue quesumus:ut eius in
tercessione circa nos tue pietatis semper ui
scera sentiamus:Per dominum nostruz &c.

Per ſancto gregorio papa Oratione

Deus qui anime famuli tui beati Gregorii cõ-
feſſoris tui atq; pontificis eterne beatitudi-
nis premia contuliſti: concede propitius: ut
peccato℞ noſtro℞ põdere premimur: eius a-
pud te ꝓcibus ſubleuemur: p. p ſcõ Bñdecto

Intercessio nos queſumus domine beati Orõ
Bñdicti abbatis cõmendet: ut quod noſtris
meritis non ualemus: eius patrocinio aſſeq-
mur Per dñ; Per la nuntiata di nr̃a donna
ymnus Aue maris ſtella. ℣. Aue maria gra
tia plena. ℟. Dominus tecum Oratione

Deus qui de beate marie uirginis utero uerbũ
tuum angelo nuntiante carne; ſuſcipere uo
luiſti: preſta ſupplicibus tuis: ut qui uere ea;
genitricem dei credimus eius apud te inter
ceſſioĩbus adiuuemur. Per ſcõ Giorgio mr̃e

Deus qui nos beati Georgei martiris tui meri
tis & intercessione letificas: concede propi
tius: ut qui eius beneficia poſcim9 dono tue
gratie conſequamur: p. Per ſancto Marco
Lymno ſi dice Triſtes erant apoſtoli Et di-
cesi per tucti gli apoſtoli & uãgeliſti cheueni
ſſino da paſqua dire ſurrexe per inſino al ꝯo
ſpirito ſancto Hymnus

Triſtes erant apoſtoli de nece ſui domini quẽ

pena mortis crudeli seui dampnarũt impii.
Sermone blando angelus predixit mulieribus
in galileã dominus uidendus est quaꝫ totius
Ille dum pergunt concite apostolis hoc dice-
re uidẽtes eum uiuere osculantur pedes dñi
Quo agnito discipuli in galileaꝫ propere per
gunt uidere faciem desideratam domini
Claro pascali gaudio sol mũdo nitet radio cũ
christum iam apostoli uisu cernũt corporeo
Ostensa sibi uulnera in christi carne fulgida:
resurrexisse dominuꝫ uoce fatentur publica
Rex xp̃e clementissime tu corda nostra possi
de ut tibi laudes debitas reddamus õi tp̃ore
Glia tibi dñe q surrexisti a mortuis: cũ patre
sancto spiritu insempiterna secula Amen
℣. Pretiosa inconspectu domini alleluia
℟. Mors sanctorum eius alleluia Oratione
Deus qui beatum marcum euangelistam tuũ
euangelice predicationis gratia sublimasti:
tribue quesumus: eius nos semper eruditio-
ne proficere & oratione defendi: Per dom.
Per san. Iacopo & san Philippo Oratione
Deus qui nos annua aploꝝ tuoꝝ Philippi &
Iacobi solẽnitate letificas: presta q̃sumus: ut
quoꝝ gaudem⁹ meritis: accẽdamus exẽplis
Perla inuentione della Croce hymno Ve-

xilla regis prodeunt questo a.83.v. Hoc si
gnū crucis erit ī celo all'a. ℟. Cum dominus
ad iudicandum uenerit alleluia Oratione
Deus q ī pclara salutifere crucis īuētione paſ
ſionis tue miracula ſuſcitaſti: cōcede q̄ſum9
ut uitalis ligni pretio eterne uite ſuffragia
conſequamur: Qui. Per ſancto Barnaba
Deus qui nos beati Barnabe apoſtoli tui meri
tis & interceſſione letificas: concede propi
tius: ut q eius bn̄ficia poſcim9: dono tue gra
tie conſequamur: Per eundeꝫ dominum &c.
Per ſancto Giouanni ante portam latinam
Deus q cōſpicis qa nos undiqꝫ mala nr̄a ptur
bant: preſta queſumus: ut beati Iohannis a
poſtoli tui & euangeliſte interceſſio glorio
ſa nos protegat
Per ſancto Giouanni batipſta Hymno
Vt queant laxis reſonare fibris: mira geſtorū
famuli tuorum ſolue polluti labii reatum
ſancte Iohannes
Nuntius celſo ueniens olimpo te patri ma
gnum fore naſciturum nomen & uite ſeriē
gerende ordine promit
Ille promiſſi dubius superni perdidit pron p
te modulos loquele ſed reformaſti genitus
perempte organa uocis

Ventris obtruso recubans cubili: senseras regem thalamo manentem: hinc parens nati meritis uterque abdita pandit

Gloria patri geniteque proli & tibi compar utriusque semper spiritus alme deus unus omni tempore secli Amen Versetto

Fuit homo missus a deo. ℟. Cui nomen erat iohannes Oratione

Deus qui presentem diem honorabilez nobis in beati Iohannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in uiam salutis eterne: p. Per san Piero & Paulo apli.

.℣. In omnem terram exiuit sonus eorz ℟.

Et infines orbis terre uerba eorz. Oratione.

Deus qui hodiernam diem apostoloruz tuorz Petri & Pauli martirio cõsecrasti: da eccl'ie tue eorum in omnibus sequi preceptuz: per quos religionis sumpsit exordium. Per dñz

Per sancta maria magdalena Oratione

Beate marie magdalene quesum9 dñe suffragiis adiuuemur: cuius precibus exorat9 quatriduanum fratrẽ uiuum ab inferis resucitasti. Qui uiuis Per sancto Iacopo apostolo

Esto domine plebi tue sanctificator & custos ut apostoli tui Iacobi munita presidiis: & cõ

uersatione tibi placeat & secura mente de-
seruiat: Per. Per scō Pietro in uincula. ℣.
T u es petrus. ℟. Super hanc petram hedifi
cabo ecclesiam meam. Oratione
D eus q beatū petrꝝ apostolū a uinculis absolu
tū illesū abire fecisti: nostrorꝝ q̃s absolue uī-
cula peccatorꝝ: & oīa mala a nobis propitia
tus exclude: per. Per sancto Domenico. oro
D eus qui ecclesiā tuā beati Dominici cōfesso
ris tui illuminare dignatus es meritis & exē
plis: concede: ut eius intercessione tēporali-
bus non destituatur auxiliis: & spiritualibus
semper proficiat incrementis: Per dominū
Per sancto Lorenzo martire Versetto
℣. L euita laurentius bonū opus operatus ē.
℟. Q ui per signuꝫ crucis cecos illuminauit
D a nobis q̃s oṗs deus: uitiorꝝ nostrorꝝ flāmas
extinguere qui beato Laurentio tribuisti tor
mentorum suorum incendia superare: Per.
Per la assumptione di nostra donna hymnꝰ
Aue maris stella Et dicesi intucte le feste della
uergine maria. ℣. E xaltata est sancta dei ge
nitrix. ℟. S up choros āglorꝝ ad celestia regª
F amulorꝝ tuorꝝ q̃sumus dñe delictis ignosce:
ut qui tibi placere de actibus nostris non ua
lemꝰ: genitricis filii tui dñi nostri ītercessio
m

ne ſaluemur: p eūdeꝫ. Per ſan Bartolomeo
Oṗs ſēpiterne deus ꝗ huius diei uenerādā ſāc
tāqꝫ letitiaꝫ: in beati apoſtoli tui bartolomei
feſtiuitate tribuiſti: da eccl'ie tue q̄s: & ama-
re ꝙ credidit & predicare ꝙ docuit: per.

Per ſancto Auguſtino ueſcouo Oratione

Adeſto ſupplicatioībus noſtris oṗs ōs: & qbꝰ
fiduciā ſperāde pietatis indulges: intercedē
te beato Auguſtino cōfeſſore tuo atqꝫ pōti-
fice: cōſuete miſericordie beīgnus effectū: p

Per ſan Giouanni dicollato Hymnus

Sancti batipſte martiris Iohannis feſtuꝫ cola
mus in quo recitamus regem horodem euꝫ
decollaſſe propter puellam

Iuſtus Iohannes regem arguebat: atque dice
bat eum non licere: ſecum habere: coadulte
rantem fratris uxorem

Mulier praua īſidiabatur & nitebatur: ſāctū
ingulari ſed operari: iſtud non ualebat:
propter herodem

Nanque herodes ſanctum metuebat: cuſto-
diebat audiens libenter impatienter tandeꝫ
illum portans incarcerauit

Sui natalis cenas rex tunc fecit: adeſſe fecit:
nobiles pleroſque ſaltans puella placuit he
rodi & inuitatis

Iure iurando ille rex promisit: se donaturum quicquid postularet: caput Iohannis illa postulauit monitis matris

Rex contristatus propter iusiurandum: atque puella nolens contristare: caput Iohannis iussit amputari & dari sibi

Corpus a suis fuit asportatum atque locatum fuit in sepulchro: precibus cuius hymnum hunc cantantes nos adiuuemur

Laudibus ciues celebrant superni: te de9 simplex pariterque trine: supplices ac nos ueniam precamur: parce redemptis. Amen

℣. Gloria & honore coronasti eum domine

℟. Et constituisti eũ super opa manuũ tuaꝝ.

Sancti Iohannis batipste & martiris ¶ Oro tui quesumus domine ueneranda festiuitas salutaris auxilii nobis prestet effectum: Per

Perla natiuita dinostra donna Versetto

Natiuitas est hodie sancte marie uirginis

℟. Cuius uita inclita cũctas illustrat ecclias

Famulis tuis quesumus domine celestis Oro gratie munus impartire: ut quibus beate uirginis partus extitit salutis exordium: natiuitatis eius uotiua solempnitas: pacis tribuat ĩcrementũ: p. Perla cõceptiõe Et uisitatiõe sidice õlla nat. Et ĩ luogo di natiuitas si dice cõceptio Et pla uisitatiõe: uisitatio

Per la exaltatione di sancta croce. Hymnꝰ

Vexilla regis ꝓdeũt ĩ questo a.83.v̄. Hoc si gnum crucis erit in celo ℞. Cum dominus ad iudicandum uenerit Oratione

Deus q nos hodierna die exaltatioīs scē̄ crucis: ãnua selēpnitate letificas: ꝓsta q̃sumus: ut cuius misterium in terra cognouimus: eiꝰ redemptionis premia in celo mereamur: p.

Per sancto Matheo apostolo Oratione

Beati euãgeliste Mathei tui domine precibꝰ adiuuemur: ut quod possibilitas nostra non optinet: eius nobis incercessione donetur: p

Per sã Michele di septembre Hymnus

Tibi christe splendor patris uita uirtus cordium ĩcõspectu angeloꝝ uotis uoce psallimus alternãtes cõcrepãdo melos damus uocibꝰ

Colladamus uenerãtes om̃s celi milites: sed ꝑcipue primatez celestis exercitus michaelez in uirtute conterentem zabulon

Quo custode procul pelle rex christe piissime omne nefas inimici mundo corde & corpore: paradiso redde tuo nos sola clementia

Glĩa patri melodis personemus uocibus: glĩã xp̃o canamus gloriã paraclito: qui deus trinus & unus extat ante secula Amen v̄.

Stetit angelus iuxta aram templi ℞. Ha-

bens turibulum aureum in manu sua Orõ
De9 q miro ordine angelo℞ ministeria hoĩuꝫ
qꝫ dispẽsas : concede propitius : ut qbus tibi
mĩstrãtibus in celo sẽper assistitur : ab hiis ĩ
tra uita nr̃a muniatur : p Per sã Cosma & da
Presta q̃s ops̃ deus : ut q sancto℞ (miano. orẽ
tuo℞ Cosme & damiani natalitia colimus : a
cunctis malis inminentibus : eorum interces
sionib9 liberemur : p. Per sã Francesco . orẽ
Deus qui ecclesiã tuã beati Francisci meritis
fetu noue ꝓlis ãplificas : tribue nobis eius in
mitatione terrena despicere : & celestiuꝫ do
no℞ semper participatione gaudere : Per.
Per sancto Luca euangelista Oratione
Interueniat pro nobis quesumus dñe sanctus
tuus Lucas euangelista : qui crucis mortifi
cationem iugiter in suo corpore pro tui no
minis honore portauit : Per dominum no.
Per san Simone & Iuda apostoli
Deus qui per beatos apostolos Simoneꝫ & Iu
dam ad agnitionem tui nominis nos per ue
nire fecisti : da nobis eorum gloriam sempi
ternam : & proficiendo celebrare & celebrã
do proficere : Per dominum nostrum & c
Lhymno dogni sancti
Christe redẽptor omniũ conserua tuos famu

m3

los beate semper v̄ginis placatis sc̄is p̄cib9
B eata quoq; agmina celestium spirituum pre
terita presentia: futura mala pellite
V ates eterni iudicis apostoliq; domini: suppli-
citer exposcimus: saluari uestris precibus
M artires dei incliti cōfessoresq; lucidi: uestris
orationibus nos ferte in celestibus
C hori sanctarum uirginum monachorumq; oīum:
simul cū sanctis omnib9 cōsortes xp̄i facite
G entem auferte perfidā credentium de finib9
ut xp̄o laudes debitas p̄soluamus alacriter
G lia patri ingenito eiusq; unigenito: una cum
sancto spiritu in sempiterna secula. Amen
V. L etamini in domino & exultate iusti. R.
E t gloriamini omnes recti corde. Oratione
O p̄s sempiterne deus: qui nos omniū sāctorum
tuorum merita sub una tribuisti celebritate
uenerari: quesumus: ut desideratam nobis
tue propitiationis habundantiam: multipli-
catis intercessoribus largiaris: Per dominū
Per sancto Martino uescouo Oratione
D eus q cōspicis qa ex nulla nostra uirtute sub
sistimus: concede propitius: ut intercessione
beati Martini confessoris tui atque pontifi-
cis: contra omnia ad uersa muniamur: Per.
Per sancta Chaterina v̄gine & martire. Ora

Deus qui dedisti legē moysi ī sūmitate mōtis sinai:& in eodē loco corpus beate katerine ỽgīs:& martiris tue:p scōs āgelos tuos mira biliter collocasti:tribue quesumus:ut ei9 me ritis & intercessione admontem qui christ9 est peruenire ualeamus:Per dominum no.

Per san Giouanni gualberto Oratione

Adesto supplicationibus nostris quas ī beati Iohānis gualberti cōmemoratiōe deferim9 ut q nostre iustitie fiduciā nō habemus: eius qui tibi placuit precibus adiuuemur:Per.

Per sancto Ignatio martire Oratione

Presta quesumus oṗs deus : ut qui beati Igna tii martiris tui atq3 pontificis selempnia co limus eius apud te intercessionibus adiuue mur:per.

Per san Bernardino Oratione

Deus q beato Bernardino cōfessori tuo euāge lizādi gētibus nomē tuū sigulare munus gra tie cōtulisti:presta q̄sumus:ut eius hodie so lempnia colimus:etiam uite exempla& pre dicationis documenta sectemur:Qui ui.

Hymno per uno apostolo & euangelista

Exultet celum laudibus resultet terra gaudiis apostoloꝝ gloria sacra canunt solempnia

Vos secli iusti iudices & uera mundi lumina: uotis p̄camur cordiū audite preces supplicū

Qui celũ uerbo clauditis ſeraſq3 eius ſoluitis:
nos a peccatis omnibus ſoluite iuſſu q̃ſum9
Vt cũ iudex aduenerit chriſtus infine ſeculi:
nos ſempiterni gaudii faciat eſſe compotes
Deo patri ſit gloria eiuſq3 ſoli filio. cum ſpiri-
tu paraclito & nunc & imperpetuum Am̄
℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum
℞. Et infines orbis terre uerba eoꝝ. Orone.
Queſumus ops̄ deus: ut beatus. N. apoſtolus
tuus ꝓ nobis imploret auxiliũ: ut a noſtris re
atibus ab ſoluti: acunctis etiã periculis exua
mur: per. Hymno per uno martire ponte
fice & non pontefice
Deus tuoꝝ militũ ſors & corona premiũ: lau
des canẽtes martiris abſolue nexu criminis
Hic nẽpe mundi gaudia& blandimẽta noxia
caduca rite deputans peruenit ad celeſtia
Penas cucurrit fortiter & ſubſtulit uiriliter ꝓ
te effundẽs ſanguinẽ eterna dona poſſidet.
Ob hoc precatu ſupplici te poſcimus piiſſime
ĩ hoc triũpho martiris dimitte noxã ſeruuliſ
Laus & pennis gloria deo patri & filio: ſãcto
ſimul paraclito inſeculoꝝ ſecula Amen.
℣. Gloria et honore coronaſti eum domine
℞. Et cõſtituiſti eũ ſup opera manuu3 tuaꝝ
Loratione per uno martire pontefice

℣. Gloria & honore coronasti eum domine
℟. Et constituisti super opera manuum tuarum
In firmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actiōis grauat beati. N. martiris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat: Per dominum
Loratione per uno martire non pontefice
Presta quesumus omnipotens de9: ut intercedente beato. N. martire tuo: et acunctis aduersitatibus liberemur in corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mēte: per.
Per piu martiri Hymnus
Sanctorum meritis inclita gaudia pangamus socii gestaque fortia nam gliscit animus ꝓmere cantibus uictorum genus optimum
Hii sunt quos retinens mundus in horruit: ipsum nam sterili flore per arridum spreuere penitus teq3 secuti sunt rex xp̄e bone celit9
Hii pro te furias atque ferocia calcarunt hominum seuaque uerbera cessit his lacerans fortiter ungula nec carpsit penetralia
Ceduntur gladiis more bidentium non murmur resonat non querimonia: sed corde tacito mens bene conscia cōseruat patientiam
Que uox que poterit lingua retexere: que tu martiribus munera preparas rubri nam flui-

84

do ſanguine laureis ditantur bene fulgidis
Te ſumma deitas unaq3 poſcimus: ut culpas abluas noxia ſub trahas des pacem famuliſ nos quoq3 gloria per cuncta tibi ſcl'a. Amē
℣. Letamini in domino & exultate iuſti. ℟.
Et gloriamini omnes recti corde Oratione
Deus q nos cōcedis ſanctoꝝ martiꝝ tuoꝝ. N. &. N. natalitia colere: da nobis ī eterna beatitudine: de eorum ſocietate gaudere: Per.

Hymno de cōfeſſori pōtefici & nō pōtefici

Iſte confeſſor domini ſacratus feſta plebs cuius celebrant per orbem: hodie letus meruit ſecreta ſcandere celi

Qui pius prudens humilis pudicus ſobrius caſtus fuit & quietus uita dum preſens uegetauit eius corporis artus

Ad ſacrum cuius tumulum frequenter membra languentu3 modo ſanitati quolibet morbo fuerint grauata reſtituuntur

Vnde nunc noſter chorus in honore ipſius hymnum canit hunc libenter ut piis eius meritis iuuemur omne per euum

Sit ſalus illi decus atque uirtus qui ſupra celi reſidens cachumen totius mundi machinā gubernat trinus & unus ℟. Amen ℣.
Amauit eum dominus & ornauit eum ℟.

S tolam glorie induit eum Oratione
D a quesumus ops deus:ut beati.N.cōfessoris
tui atque pontificis uenerāda solēpnitas: &
deuotionem nobis augeat & salutem:Per.
Oratione per uno confessoro nō pontefice
D eus qui nos annua beati.N.confessoris tui
solempnitate letificas:concede propitius ut
cuius natalitia colimus etiam actiones imite
mur.Per dñm. Et se fussi abbate Oro
I ntercessio nos quesumꝰ domine beati.N.ab
batis cōmendet: ut quod nostris meritis nō
ualemus:eius patrocinio assequamur:Per.
Hymno ꝑ una uergine Et piu uergini.
I esu corona uirginū quē mater illa concepit:
q̄ sola uirgo peperit hec uota clemēs accipe
Q ui pascis inter lilia septus choreis uirginuꝫ
spōsus decorus gl'ia sponsisq; reddēs ꝓmia
Q uocūq; ꝑgis ꝟgines sequūt atq; laudibꝰ post
te canētes cursitāt ymnosq; dulces ꝑsonāt.
T e deprecamur largius nostris ad auge sensi
bus nescire ꝓrsus oīa corruptionis uulnera
L aus honor ꝟtus gl'ia deo patri & filio sācto
simul paraclito in seculoꝝ secula.℟.A men
℣.S pecie tua & pulchritudine tua
℟.I ntende prospere procede & regna
Oratione per una uergine & martire

In dulgentiam nobis quesumus domine beata. N. uirgo et martir imploret: que tibi grata semper extitit et merito castitatis: et tue professione uirtutis.

Se fussino piu uergini come e Perpetue et Felicitatis. ℣. Adducētur regi uirgines post eam. ℟. Proxime eius afferentur tibi. Orō

Da nobis quesumus domine deus noster sanctarum uirginum et martirum tuarum Perpetue et Felicitatis palmas incessabili ueneratione uenerari: ut quas digna mente non possumus celebrare: humilimus saltem frequentemus obsequiis. Per dn̄m nostr℞ & c.

Finito illibro da compagnie Et in pirma lordine del nouitiato Et poi tucto lufficio della donna Con ed ue nocturni cioe q̄l del martedi Et quel del mercoledi Et ācora le mutationi cioe Missus est gabriel angelus Et ancora O admirabile cōmertiū Dipoi epsalmi penitentiali Et ancora egraduali Di poi lufficio del Mercoledi: Giouedi et Venerdi scō Et lufficio ď morti Et tucti lymni et ℣setti et orationi de sancti Et il comune de sancti.

Impressum Florentię per magistr℞ Iohannez Petri de Maguntia. Anno domini. M.CCCC.LXXXVI. die. xxiiij. decēbris



